XIV

In nomine domini. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, indictione undecima, die duodecimo exeunte februario. In Cremona, presencia Iohanis Belli (?) Fastini, fratris Guirardi ministri de domo dey, et Leonardi de Landeresca testium ibi rogatorum. Gabriel de Pizoloto (?) fuit confessus et manifestus ad postulacionem domini presbiteri Iohanis prepositi ecclesie sancti Cataldi quod decima et decimaria et ius decimacionis et ius petendi decimam et decimariam et petendorum et percipiendorum fructuum ipsius decime et decimarie unius pecie terre vidate ipsius Gabrielis, iacentis in curia Casanove Murbasii (?) in loco ubi dicitur Cagalupus sive Brugnitus. Cui coheret: ab una parte heredes Dalfini pistoris, ab alia tenimentum sancti Cataldi, a duabus partibus via, que dicitur esse pertice quatuordecim sive plus vel minus, et que est infra has confines generales: ab una parte via que vadit ad Sestum, ab alia Cavedagna, ab alia via que vadit ad Castrum Leonum, ab alia [illegible], pertinet ad dictam ecclesiam sancti Cataldi, et renunciavit exceptioni ne dicere posset quod ita verum non esset, et quod non valeret contra predictam confessionem. Et inde dictus dominus presbiter Iohanes prepositus consensu et parabolla et voluntate fratrum Machi (?) presbiteri, Martini et Egidioli fratrum suorum, ut ibi predicti omnes confitebantur et asserentes quod erant due partes et plus fratrum ibidem fuerunt, et renunciantes ne dicere posset quod aliter verum esset, et ipsi fratres cum eo nomine dicte ecclesie ut melius poterant investiverunt predictum Gabrielem stipulantem et recipientem de tota decima de tota decima et decimaria et iure decimacionis et petendorum et percipiendorum fructuum ipsius decime et decimarie et iure decimacionis predicte pecie terre usque ad viginti novem annos proximos. Ita quod de hinc in antea usque ad dictum terminum predictus Gabriel et eius heredes aut cui dederit habeat et teneat predictam decimam et decimariam et ius decimacionis et predicta omnia et de ea vel eis faciat quicquid facere voluerit sine alicuius persone contradictione. Insuper dederunt, cesserunt atque mandaverunt ei nomine dicte ecclesie, salvo iure dicte ecclesie in eo quod infra continetur de ficto nomine dicte decime prestando ab ipso Gabriele dicte ecclesie sive ipsi preposito nomine dicte ecclesie, omnia iura omnesque actiones et raciones utiles et directas, civiles et naturales que et quas habebat nomine dicte ecclesie vel ipsa ecclesia habebat in dicta decima et decimaria et in predictis omnibus et contra quascumque personas et possessores dicte decime et decimarie et omnium predictorum, etiam in agendo, causando, defendendo, petendo, exigendo in placitum et extra placitum et generaliter in omnibus et per omnia tamquam ipsi per se nomine dicte ecclesie dicere vel facere posset, et fecerunt eum procuratorem ut in rem suam propriam et dederunt ei parabollam intrandi in tenutam, et constituerunt se possessores pro eo vel quasi nomine dicte ecclesie. Preterea predictus prepositus cum predictis fratribus nomine ipsius ecclesie per se et suos successores promiserunt ipso Gabrieli stipulanti sibi suisque heredibus aut cui dederit usque ad dictum terminum dictam decimam et decimariam et predicta omnia ab omni persona defendere, sub pena dupli et dupli omnium expensarum inde factarum, ita quod utraque cum effectu peti et exigi possit.

Pro qua vero investitura predictus Gabriel renunciando ne sine causa esset obligatus et si esset causa quod esset iniusta vel minus legittima promisit predicto preposito stipulanti nomine dicte ecclesie dare et solvere annuatim usque ad dictum terminum viginti novem annorum vel successoribus eius in dicta ecclesia tempore vendimiarum ficti nomine predicta decima et omnibus predictis de tota predicta pecia terre ex pacto convento inter eos quinque sestarios vini sive musti ad torcular ubi vendemiaret dictus Gabriel, et denotiare ipsi preposito per unum diem ante quam vendemiaverit ut adsit super vendemiam per se vel suum nuncium, vel dare ei quinque sestarios furmenti vel sigalli vel illius blave que fuerit in dicta terra, si vinee extirparentur. Et teneatur ei dare tantum de vino quod nasceretur ex vineis que sunt vel erunt in dicta pecia terre. Et predicta omnia et singulla promisit predictus Gabriel predicto preposito stipulanti nomine dicte ecclesie et successorum suorum attendere et observare in quolibet anno et termino usque ad predictum terminum viginti novem annorum, sub pena dupli dicti vini sive dicte blave si vinee extirparentur et dupli omnium expensarum inde factarum ita quod utraque cum effectu peti et exigi possit, et pena in quolibet termino committatur si contra factum fuerit. Et pro predictis omnibus firmiter attendendis predictus Gabriel obligavit predicto preposito stipulanti ut supra omnia sua bona pignori, de quibus constituit se possessorem pro eo nomine dicte ecclesie. Pro qua decima lata erat quedam sententia inter eos prepositum et Gabrielem per dominos Florium de Cavaria (?) et magistrum Martinum de sancta Lucia canonicos maioris ecclesie arbitros ellectos inter eos ut ibi dicebatur.

Ego Gabriel Sachellus domini Frederici imperatoris notarius interfui et hanc cartam scripsi.

Morbio 3 (14)

[stamp]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1756262624-10/fragment/page=0001

[illegible]

Moritz 3 (14)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1756262624-10/fragment/page=0002

XIV.

In nomine domini. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, indictione undecima, die duodecimo exeunte februario. In mea presencia Iohanisbelli(?) Fastini(?), fratris Guirardi ministri de domo dey et Leonardi de Landeresca testium ibi rogatorum. Gabriel de Pegoloto(?) fuit confessus et manifestus ad postulacionem domini presbiteri Iohannis prepositi ecclesie sancti Cataldi, quod decima et decimaria et ius decimacionis et ius petendi decimam et decimariam et petendorum et percipiendorum fructuum ipsius decime et decimarie unius pecie terre vidate ipsius Gabrielis, iacentis in curia Casanove Morbaxii(?) in loco ubi dicitur Cagalupus sive Brugnitus. Cui coheret: ab una parte heredes Dalfini pistoris, ab alia tenimentum sancti Cataldi, a duabus partibus via; que dicitur esse pertice quatuordecim sive plus vel minus, et que est infra has confines generales: ab una parte via que vadit ad Sextum, ab alia Travedagna(?), ab alia via que vadit ad castrum Leonum(?), ab alia ... pertinet ad dictam ecclesiam sancti Cataldi, et renunciavit exceptioni non dicere posset quod ita verum non esset et quod non valeret contra predictam confessionem. Item dictus dominus presbiter Iohannes prepositus consensu et parabolla et voluntate fratrum Machipu(?), Martini et Egidioli fratrum suorum, ut ibi predicti omnes confitebantur et asserebant quod erant due partes et plus fratrum ibidem sive eciam, et renunciantes non dicere posset quod aliter verum esset, et ipsi fratres cum eo nomine dicte ecclesie ut melius poterant, investiverunt predictum Gabrielem stipulantem et recipientem de tota decima de tota decima et decimaria et iure decimacionis et petendorum et percipiendorum fructuum ipsius decime et decimarie et iure decimacionis predicte pecie terre usque ad viginti et novem annos proximos. Ita quod de hinc in antea usque ad dictum terminum predictus Gabriel et eius heredes aut cui dederit habeat et teneat predictam decimam et decimariam et ius decimacionis et predicta omnia et de ea ut eis faciat quicquid facere voluerit sine alicuius persone contradictione. Insuper dederunt, cesserunt atque mandaverunt ei nomine dicte ecclesie, salvo iure dicte ecclesie in eo quod infra continetur de ficto nomine dicte decime prestando ab ipso Gabriele dicte ecclesie sive ipsi preposito nomine dicte ecclesie, omnia iura omnesque actiones et raciones utiles et directas, civiles et naturales que et quas habebat nomine dicte ecclesie vel ipsa ecclesia habebat in dicta decima et decimaria et in predictis omnibus et contra quascumque personas et possessores dicte decime et decimarie et omnium predictorum, et ita in agendo, causando, defendendo, petendo, exigendo in placitum et extra placitum et generaliter in omnibus et per omnia tamquam ipsi prepositi possent nomine dicte ecclesie dicere vel facere posset. Et fecerunt eum procuratorem ut in rem suam propriam et dederunt ei parabollam intrandi in tenutam. Et constituerunt se possessores pro eo vel quasi nomine dicte ecclesie. Preterea predictus prepositus cum predictis fratribus nomine ipsius ecclesie pro se et suos successores promiserunt ipso Gabrieli stipulanti sibi suisque heredibus aut cui dederit usque ad dictum terminum dictam decimam et decimariam et predicta omnia ab omni persona defendere, sub pena dupli et dupli omnium expensarum inde factarum, ita quod utrumque cum effectu peti et exigi possit.

Pro qua vero investitura predictus Gabriel renunciando ne sine causa esset obligatus et si esset causa quod esset iniusta vel minus legitima, promisit predicto preposito stipulanti nomine dicte ecclesie dare et solvere annuatim usque ad dictum terminum viginti novem annorum vel successoribus eius in dicta ecclesia tempore vendimiarum ficti nomine predicte decime et omnibus predictis de tota predicta pecia terre ex pacto convento inter eos quinque sestarios vini sive musti ad torcular ubi vendemiaret dictus Gabriel, et denunciare ipsi preposito per unum diem ante quam vendemiaret ut adsit super vendemiam per se vel suum nuncium, et dare ei quinque sestarios furmenti vel sigalli vel illius blave que sive in dicta terra [illegible]. Et teneatur ei dare tantum de vino quod nasceretur ex vineis que sunt vel erunt in dicta pecia terre. Et predicta omnia et singulla promisit predictus Gabriel predicto preposito stipulanti nomine dicte ecclesie et successorum suorum attendere et observare in quolibet anno et termino usque ad predictum terminum viginti novem annorum, sub pena dupli dicti vini sive dicte blave sive ... et dupli omnium expensarum inde factarum, ita quod utrumque cum effectu peti et exigi possit, et pena in quolibet termino committatur si contra factum fuerit. Et pro predictis omnibus firmiter adimplendis predictus Gabriel obligavit predicto preposito stipulanti ut supra omnia sua bona pignori, de quibus constituit se possessorem pro eo nomine dicte ecclesie. Pro qua decima lata erat quedam sententia inter eos prepositum et Gabrielem per dominos Florium de Maria(?) et magistrum Martinum de sancta Lucia canonicos maioris ecclesie, arbitros electos inter eos, ut ibi dicebat.

Ego Gabriel Sachellus(?) ... sacri imperii notarius interfui et hanc cartam scripsi.

Morbio 3 (14)

[library stamp] Halle/S.

XVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1756262624-10/fragment/page=0003
DFG